



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

71. An quando absunt expresse simul votum, & iuramentum soli Deo
factum, & non explicatur vtrumque vinculum, dispensatis sit invalida? Ex
p. 8. tr. 3. res. 67.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

De Dispensationib. Resol. LXXI. 221

3. Sed ego affirmativa sententia adhærebo, quāp-
tatur Suarez de legibus, lib. 6. cap. 16. num. 7. Le-
dus lib. 2. cap. 4. dub. 11. num. 94. Layman lib. 4.
num. 4. cap. 8. num. 20. Henriquez lib. 7. cap. 30. num. 5.
Sylvius in 2. 2. quæst. 88. art. 12. conclus. 4. Regi-
naldus lib. 8. num. 339. Aragon. in 2. 2. quæst. 88.
art. 12. & quæst. 89. art. 12. Saytus in Clavis Re-
gia lib. 12. num. 15. Sotus de Iustit. lib. 7. quæst. 4.
art. 3.

4. Probat hæc opinio, primò, quia cui licet quod
est plus, licet quoque minus, regul. cui licet, 53. de
regul. iur. in 6. quæ vera est secundum omnes, quan-
do minus continetur in maiori, tanquam pars in
toto, vel tanquam species in suo genere. At com-
mutare est minus, quam dispensare, ut clare patet,
& continetur in dispensatione tanquam pars in suo
toto, quia dispensatio remittit omnino vinculum
voti, commutatio autem remittit partem, nempe, vi
non impleatur in materia promissa, sed in alia
aequali.

5. Secundo, quia confessarius ad remittendum to-
tum debitum, non excedet suæ potestatis limites, immo fidelis ager rem committentis, si illud in
aliam rem aequali commutare. Cum ergo per dis-
pensandi potestatem, committatur facultas totius
voti remitti, non excedet Delegatus limites suæ
potestatis, sed fidelius ager Dei negotium, commu-
tando illud in rem aequali Deo gratam. Constatutur,
quia potens remittere totum debitum, potest par-
tem eius; at potens dispensare ex priuilegio, potest
remittere totum voti debitum; ergo & poterit par-
tem, nempe, id in alia specie aequali solvatur, quod
est commutare.

6. Tertio, quia in commutatione duo continentur:
Alterum est ablato vinculi à priori materia, & hoc
non resipiunt potestati dispensandi, immo id illa effi-
cit. Alterum vero est, transferre in materiam aequali,
& ad hoc satis est prudens arbitrium, iudicans
aequalitatem, cum acceptatione illius, cui votum
commutatur; ergo hæc commutatio non excedit li-
mites delegate potestatis dispensandi.

7. Restat modo respondere ad argumenta contra-
ria, quæ parum videntur, nam esto quod hæc potestates
sunt due, vna tamen continetur in alia, vt minus
perfecta in perfectiori; est enim potestas relaxandi
ex parte; potestas vero relaxandi, est potestas relax-
andi ex totiusquidem potestas commutandi eximit
ab uno debito, & obligat ad aliud: at potestas dis-
pensandi tollit omne debitum.

8. Ad primam confirmationem, primò negatur anteceden-
tia, nam etiam ad dispensandum requiritur
scientia, qua cognoscatur causa ad dispensandum suffi-
cens. Secundo, negatur consequentia, nam esto maior
scientia requiratur ad commutandum, quam ad
dispensandum, huius tamen maioris scientia defi-
cunt suppleri potest commutans per consilium ac-
ceptum ab aliis.

9. Ad secundam, negatur consequentia, nam abla-
tio potestatis est odiosa, adhucq; stridet interpretan-
da; ergo ablata potestate commutandi, non eo ipso
aferatur potestas dispensandi. Collatio vero potestatis
est gratiosa, proinde amplè intelligendaspergo col-
lata potestate dispensandi, cum ea censeatur conferti
potestas commutandi.

RESOL. LXXII.

An quando adiungit expressè simul votum, & iura-
mentum sibi Deo factum, & non explicetur utrum-
que vinculum, dispensatio sit inutilis? Ex part. 8.
ii. 3. Ref. 67.

Tom. III.

§. 1. A fuitiuè aliqui respondent & ideo in-
casu nostro Petrus Ledesma 2. tom. sum-
marii. 11. cap. 3. in fine, ait explicandum eis utrumque
vinculum. Idem tenetur dicere Doctores, assertores,
facultatem delegatam ad dispensandum in votis;
vel iuramentis, non extendi, quando adiungit expressè
votum & iuramentum eiusdem rei. Etatio est, quia
sunt duo vincula aequæ principalia, quæ praeterea sunt
altero expressa.

2. Non desunt tamen Doctores contrarium afferentes, sufficiere alterutrius vinculi mentionem, etiam
altero negato. Probatur primò; quia, vt bene Suarez
ait, alterutru vinculo sublatu, est aequæ probabile colligere
alterum indirecte, per subtractionem materiæ, in
quam alterum cadit. Secundo, quia, vt idem auctor
dicte 14. num. 8. utem moraliter, & practice spectando,
parum refut ad voti obligationem in ordine ad
Deum, utrupsi modo accedit iuramentum, nec est min-
or obligatio in voto & iuramento, sive sint vincula
aequæ principalia, sive unum sit alteri accessorum. Et
vt dicit idemmet 14. per id novum vinculum non
augetur gravitas intensiva, sed extensiva. Atque idem
dicendum est, quanvis iuramentum illud nullam in-
cludat promissionem, sed soli Deo fiat, per solam sui
nomini intentionem. Et hanc sententiam tenet Santi-
chez lib. 4. summ. c. 47. n. 31.

RESOL. LXXII.

An facultas concessa ad dispensanda vota, & com-
mutanda extendatur ad vota, & iuramenta eiusdem rei;
cum simul duo vincula concurrant?

Et pro explanatione predictæ difficultatis aliqua alia
notabilia supponuntur, que contingere possunt ita
supradicto casu, videlicet, quid dicendum sit, si non
prefatur iuramentum in vota confirmatione, sed in-
dependenter ab illo; ut si quædam prius iuravit ieu-
num, & postea votum idem, vel si prius votum, &
postea iuravit, non quasi votum confirmans, sed vel
eius immenor, vel omnino independenter;

Et quid in dubio, an iuramentum posterius emissum sit
præfatum ad solum confirmandum votum.

Et tandem queritur, an facultas delegata ad dispen-
sanda, vel commutanda vota virtute Crucis, &
slibili extendenda sit ad vota emissi post publica-
tionem dicti priuilegi? Ex p. 8. n. 3. Ref. 46.

§. 1. D E hac quæstione latè tractat Azorius Sap. hoc in
tom. 1. lib. 11. cap. 10. quæst. 2. vbi sic ait, tom. 4. tr. 3.
Quidam sentiunt in hac quæstione hic esse dicendum, legg doctrin.
Promissio, quæ Deo facta iure iurando firmatur, du- nam Ref. 8. 2.
pliciter confirmari potest, & tolet. Primò, aliquando 4. Ref. 19.
votum Deo nuncupator abhinc vlo iure iurando, &
deinde temporis intertallo, vel eodem etiam mo-
mento iure iurando munitur. Secundi, plerumque iufi-
jurandum sit, nec tamen ullum votum Deo nuncupatur;
vt cum quis iurando promittit Deo, se ali-
quid facturum. Hoc posito responde, Confessariorum,
qui potest votum commutare, posse quoque
iufijurandum, quod ex intertallo temporis, vel eodem
temporis puncto ad votum accessit. Et in hoc
inquit, prima opinio locum habet. Nam subla-
to principali, quod est votum, aufertur quoque, quod
ei est annexum, eique postea accessit: non tamen
posse commutare votum secundo modo factum;
quoniam non est votum simpliciter factum; sed
iufijurandum, quo quis se Deo obligauit, & in hoc
aini, est vera secunda opinio, ex quod non conce-
ditur Confessario facultas commutandi iufijurandi,
sed votum; at voti, & iufijurandi vincula di-
uersa sunt.

T. 3. 2. Aliis